



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE
BOLLETTINO

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0288

Sabato 03.05.2008

Sommario:

- ◆ **LE UDIENZE**
- ◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL 1350° ANNIVERSARIO DI NASCITA DI SAN WILLIBORDO (LUSSEMBURGO, 11-13 MAGGIO 2008)**
- ◆ **AVVISO DI CONFERENZA STAMPA**

◆ **LE UDIENZE**

LE UDIENZE

Il Santo Padre ha ricevuto questa mattina in Udienza:

Em.mo Card. Camillo Ruini, Vicario Generale di Sua Santità per la Diocesi di Roma;

S.E. Mons. Emilio Aranguren Echeverría, Vescovo di Holguín (Cuba), in Visita "ad Limina Apostolorum"
con il Vescovo emerito: S.E. Mons. Héctor Luis Lucas Peña Gómez;

S.E. Mons. Álvaro Julio Beyra Luarca, Vescovo di Santísimo Salvador de Bayamo y Manzanillo (Cuba), in Visita
"ad Limina Apostolorum".

Il Papa riceve questa mattina in Udienza:

Partecipanti alla Sessione Plenaria della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali.

[00672-01.01]

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL 1350° ANNIVERSARIO DI NASCITA DI SAN WILLIBORDO (LUSSEMBURGO, 11-13 MAGGIO 2008)

In data 8 marzo 2008, il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Godfried Danneels, Arcivescovo di Malines-Bruxelles, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del 1350° anniversario di nascita di San Willibrordo, che avranno luogo a Lussemburgo dall'11 al 13 maggio 2008.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta da:

- Rev.do Mons. Mathias Schiltz, Vicario Generale dell'Arcidiocesi di Lussemburgo;
- Rev.do Can. André Heiderscheid, Prevosto del Capitolo Cattedrale di Lussemburgo.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Godfried Danneels:

• **LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro

GODEFRIDO S.R.E. CARDINALI DANNEELS

Archiepiscopo Metropolitae Mechliniensi-Bruxellensi

Divino Spiritu operam comitante suaque gratia largiter fecundante sanctus Willibrordus, una cum aliis sociis, plerumque monachis Benedictinis, ferventer efficaciterque septimo et octavo saeculo evangelizavit amplas Europae regiones. Cum quidem aetate nostra communes Europae christianae radices iterum requirendae sint, omnino laudabile videtur consilium, de quo ad Nos relatum est, videlicet inceptum anniversariam celebrandi memoriam diei natalis eiusdem sancti, qui abhinc MCCCL annos ortus est, atque Romae a Decessore Nostro sancto Sergio I anno DCXCV episcopus est constitutus.

Hic vero Evangelii assiduus praedicator, humilis mysteriorum Dei dispensator, pauperum et principum probus amicus, benignus pater, iustus et sanctus, varias inter difficultates numquam a pastoralis destitit ministerio. Adiuvantibus autem Irmina et Pipino II principibus, monasterium extruxit in loco Echternach, intra fines Ducatus Luxemburgensis, ubi etiam anno DCCXXXIX meritis onustus animam suam sanctam Domino reddidit.

Cupientes Nos eidem tribuere honorem, simulque hortari populos, qui eius apostolicam industriam olim sunt experti, ad christianam fidem spem et caritatem renovandas, libenter accepimus petitionem Venerabilis Fratris Ferdinandi Franck, Archiepiscopi Luxemburgensis, qui humane a Nobis poposcit ut Patrem Purpuratum mitteremus ad memoratum sancti Willibrordi iubilaeum sollemniter celebrandum. Ad te igitur, Venerabilis Frater Noster, qui tot per annos cotidiana actuositate pro concredita tibi parte Ecclesiae insignem te confirmasti Domini Iesu ministrum Nostrumque cooperatorem, qui polles etiam sermonibus his in locis adhibitis, fidentes recurrimus teque his Litteris Nostrum **Missum Extraordinarium** ad memoratam celebrationem destinamus.

Quocirca diebus XI-XIII proximi mensis Maii liturgicis celebrationibus Nostro nomine Luxemburgi praesidebis Nostramque omnibus significabis salutationem. Populum hortaberis ad constantem erga sanctum Willibrordum devotionem, ut ipse a Christo Domino rectam vitam, altissimam erga divinam legem reverentiam, sinceram caritatem, serenam cum aliis hominibus consuetudinem obtineat atque christiana fides in Europaeis gentibus confirmetur.

Denique Benedictionem Nostram Apostolicam imo ex corde tibi impertimus, Venerabilis Frater Noster, dilectis

quoque Pastoribus et Christifidelibus illic congregatis cunctisque faustum hunc eventum participantibus peramanter dilargiendam.

Ex Aedibus Vaticanis, die II mensis Aprilis, anno MMVIII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XVI

[00673-07.01] [Testo originale: Latino]

AVVISO DI CONFERENZA STAMPA

Si informano i giornalisti accreditati che **martedì 6 maggio 2008**, alle **ore 12**, nell'*Aula Giovanni Paolo II* della Sala Stampa della Santa Sede, si terrà una conferenza stampa per **presentare le conclusioni dei lavori della XIV Sessione Plenaria della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali**.

Interverranno:

S.E. Mons. Marcelo Sánchez Sorondo, Cancelliere della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali;

Prof.ssa Margaret Archer, dell'Università di Warwick (United Kingdom);

Prof. Pierpaolo Donati, dell'Università di Bologna (Italia);

Prof. Jacques Godbout, dell'Università del Québec (Canada).

[00644-01.01]

[B0288-XX.01]
